



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

48. An mutus, surdus, & cæsus à natuitate sit vngendus Extrema
Vnctione? Et asseritur, deficiente organo alicuius sensus, locum organi
esse vngendum; quod etiam fieri debet, quamuis homo tale ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

ut sic sit. Pueri, qui sunt capaces confessionis instituenda, & absolutionis, sunt capaces huius Sacramenti, quia init capaces effectus illius, immo licet potest ei conferri, etiamsi nondum soliti sint communicare. Vnde Pastores possunt talibus hoc Sacramentum praebere, quia non habet talens cum Eucharistia connexionem, ut haec necessaria debet praecedere. Ita ille, & fuisse docet hanc sententiam Ioan. Sancius in select. diff. 27. n. 6. & alij penes ipsum, quibus addit Nugnus in 3. part. tom. 2. ques. 32. art. 4. & nouissime Iacobus Marchantius de Sacram. lib. 5. de Extr. Vnct. c. p. 1. ques. 1.

2. Notandum est tamen quid si dubitetur puerum non habere usum rationis, esse adhuc sub conditione vngendum, ut ex Sancio & Zambrano docui in 3. part. truct. 4. resol. 169. & me citato, docet nouissime Joannes de Lugo de Sacram. Eucbar. diff. 13. ques. 4. num. 41.

RESOL. XLVI.

Virum adulto in articulo mortis recenter baptizato sit illi Sacramentum Extremæ-Vnctionis ministrandum? Et an in tali cau sub conditione. administranda sit ei Extremæ-Vnctio? Ex p. 3. tr. 4. Ref. 171. alias 172.

<sup>Sup. hoc in
Ref. seq.</sup> §. 1. **H**ic casus frequenter solet accidere, & negotiatiū sententiam docem Nugnus in 3. part. ques. 32. art. 4. conclus. 2. & Sancius in selectis, diff. 27. n. 18. vbi sic afferit. Ego recent baptismi vñctionem ministrandum non consulere, nisi nouum post Baptismum peccatum admisisse constaret.

2. Sed contrarium ego teneo, & ideo anno 1620. testatur ipsius Sancius, fuisse ministratum Cathecumeno Matriensis, mancipio Mahometano periculoso morbo decumbenti, Sacramentum Baptismi Eucharistie, & Extremæ-Vnctionis successivum, & immediatè unum post aliud. Et ita hanc sententiam docent Zambranus de causa tempore mortis cap. 5. dub. 3. n. 6. Ledesma in summ. tom. 1. de Sacr. Extrem. Vnct. cap. 6. concl. 7. Vega in speculo Curat. part. 1. c. 13. n. 20. Naldus in summ. verb. Extremæ-Vnct. num. 9. Posseimus de officio Curatic cap. 9. num. 4. Henriquez lib. 3. cap. 11. n. 7. Filliueius tom. 1. truct. 3. cap. 6. n. 108. vbi sic afferit. Peccatum actualē non est materia proxima, vel remota huius Sacramenti, sicut est penitentia. Ergo quoniam non praeceperit, poterunt omnia essentialia adhiberi, atque adeò conferre effectum suum. Confirmatur, quia si quis in graui morbo baptizetur, etiā in fine vita, post viaticum debet surire hoc Sacramentum, etiamsi nullum peccatum post Baptismum committeret. Ita Filliueius, & post illum Layman in Theol. mor. lib. 5. truct. 8. cap. 3. n. 5. sic afferens. Potest hoc Sacramentum ministrari homini, etiamsi nullum peccatum habeat, v. g. ei, qui immediate ante baptismum fuit. Sic ille; vide etiam Suarez in 3. part. tom. 3. diff. 42. ques. 2. n. 9. Lopez in instr. part. 2. cap. 23. Sylvestrum verb. Extr. Vnct. n. 5. in 3. dicit. Paludanum in 4. diff. 23. q. 3. n. 15. Richardson in 4. diff. 23. art. 4. q. 4. & alios.

3. Vnde licet Nugnus vbi supra in 3. part. q. 32. art. 4. concl. 1. & alij afferant, in tali cau sub conditione ministrandam esse Extremam Vnctionem, attamen ego puto cum supradictis Doctoribus absolute posse ministrare quibus valde miror, aliquos Parochos baptizare infideles tempore mortis, & tamen illis Sacramentum Extremæ-Vnctionis minimè ministrare.

RESOL. XLVII.

An Extrema-Vnctio sit ministranda adulto in periculo mortis statim post Baptismum suscepit? Ex p. 5. truct. 3. Ref. 86.

§. 1. **A**ffirmatiū sententiam puto tenendam & practicandam, quam præter Doctores, quos citauit in 3. part. truct. 4. resol. 172. docet etiam Molchus in summ. tom. 1. truct. 4. cap. 3. n. 42. & Ludou. à Ref. antec. San Iuan. ques. 2. art. 6. de Sacr. Extrem. Vnct. dub. 3. concl. 4. vbi sic afferit. [A todos los adultos se ha de dar este Sacramento, si están en el artículo de la muerte, aunque estén rezien bautizados; porque aunque éstos se les hayan perdonado todos sus pecados por el bautismo, quanto a la culpa y pena, toda via les quedan las reliquias, y resabios del pecado, que es la torpeza para el bien, y prontez para el mal.] Et ita hanc opinionem tenet Præpos. in 3. part. ques. 2. art. 6. de Sacram. Extremæ-Vnct. dub. 7. n. 6. & ratio est, quia hoc Sacramentum habet duplēm proprium & infallibilem effectum; unus est auxilia, quibus homo potest in illa extrema lucta corroborari; alter est remissio peccati, ita ut hi effectus sint disparati; & unus ab altero non dependeat, posisque unus conferri ei, qui non sit alterum recepturus, quisquis autem est capax alterutrius, est capax Sacramenti: cum ergo is, qui nunquam peccauit potest tamen peccare, per intrinsecam dispositionem possit recipere auxilia, quibus possit corroborari, potest hoc Sacramentum recipere, ergo, &c. Vide etiam Mercerum in D. Thom. 10. 3. truct. de Extr. Vnct. diff. 9. ques. 3. n. 2. Vnde satis remanet fundata nostra sententia, & ideo Parochi, me consulente, ne deserant infidelibus baptizatis in articulo mortis statim Sacramentum Extremæ-Vnctionis ministrare.

RESOL. XLVIII.

An mutus, surdus & cœcus à nativitate sit vngendum Extremæ-Vnctione?

Et afferit, despicente organo aliquius sensus locum organi esse vngendum, quod etiam fieri debet, quoniam homo tale organum nunquam habuerit, & proinde nunquam exteriorius per illud peccauerit, quia potius peccare desiderio actus illius sensus. Ex part. 5. tr. 6. Ref. 11.

§. 1. **R**atio dubitandi præsertim de cœco, esse potest, quia talis nunquam deliquerit ex visione oculorum, cum illa carerit. Sed contrarium dicendum est, & ideo Posseimus de officio Curatic. c. 9. n. 15. sic afferit. In cœco à nativitate bene vnguntur oculi, qui habuit potentiam, licet non actuū peccandi. Idem dicitur in muto & surdo. Ita ille, cui addit Naldus in summ. verb. Mutus. n. 3. & verb. Extr. Vnct. n. 8. vbi ita afferit: Extremæ-Vnctio dari debet à Nativitate surdis, mutis, & cœcis, prope illa organa sensus illius, quo parent, quia licet exercitis per illa organa non peccauerint, peccasse tamen possunt per interiores potentias, quibus illa membra respondent. Hæc Naldus. Vnde Ioann. Præpositus in 3. part. ques. 2. art. 6. de Sacr. Extrem. Vnct. dub. 8. n. 73. afferit, deficientem organo aliquius sensus locum organi esse inungendum, quod etiam fieri debet, quoniam homo tale organum nunquam habuerit, & proinde nunquam exteriorius per illud peccauerit, quia potius peccare desiderio actus illius sensus.